

  
Pd  
2031

EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

№. 77.

s. a. 138.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.





DAVIDIS ORIGANIS  
GOTTSCHEIDTUS  
EROLINUS  
CHRISTOPHUS



JACOBI BARTSCHII

PLANISPHERIUM

STELLARUM

AD GLORIAM COLLESTIS

VERSICULIS MEMORABILIBUS

METHODIS DE STELLIS FIXIS

M. DAVIDIS ORIGANI

GOTTFRIDUS BARTSCH

BEROLINI

Typis ex officio CHRISTOPHORI KLINGNERI  
ANNO MDCCLXX



JACOBI BARTSCHII,

Laubâ-Lufati, Philiatrî,

PLANISPHERIUM  
STELLATUM,

Seu

VICE-GLOBUS COELESTIS,

Cum

VERSICULIS MEMORIALIBUS

[de ratione, situ & ordine signorum cœlestium in  
Firmamento Cœli.]

*Cui Adjuncta est*

METHODUS DE STELLIS FIXIS,

& earum agnitione ex aspectu cœli,

M. DAVIDIS ORIGANI,

In Academia Francofurtana olim Mathematicum  
Professoris celeberrimi.

*In memoriam Beati Patruelis sui  
sculpsit ac edidit*

GOTTOFRIDUS BARTSCH.

---

BEROLINI,

Typis excudit CHRISTOPHORUS RUNGIUS,  
ANNO M. DC. LXXIV.



MAGNIFICENTIA  
BLASPHEMIA  
DE IUDICIA  
VICE-GERENS COLLESTIS  
DR. FRIDERICI WILHELMII  
MARTINUS  
METHODO  
M. DAVI  
GOTTFRIDUS BARTSCH  
BEROLINA  
Typis excudit CHRISTOPHORUS RINGHUS  
ANNO M. DC. LXXIV.

KEISERL. FR.  
UNIVERS.  
ZV HALLI





*Serenissimis atq; Celsissimis Principi-  
bus ac Dominis,*

**DN. FRIDERICO, &  
DN. LUDOVICO,**

*Serenissimi ac Potentissimi Princi-  
pis ac Domini,*

**DN. FRIDERICI WILHELMI,**  
Marchionis Brandenburgensis, S. Ro-  
mani Imperii Archicamerarii & Electoris: Su-  
premi Borussia Domini: Magdeburgi, Juliaci, Clivia,  
Montium, Stetini, Pomeraniae, Cassubiorum & Vanda-  
lorum: itemque in Silesia Crosniae & Carnoviae Ducis:  
Burggravii Noribergensis: Halberstadii, Mindae &  
Camini Principis: Marcae & Ravensbergae Comitis:  
Ravensteinii, itemque terrarum Lavvenburgi &  
Butovii Domini, Domini mei Cle-  
mentissimi,

**FILIIS DILECTISSIMIS**

*Omnimodam felicitatem precor*

Gottofridus Bartsch.

1 Az

*Quam-*



**Q**uamvis hac tempestate  
 Studium Mathematicum a-  
 pud plerosq; susq; deq; habe-  
 atur, Vobis tamen, Serenissimi & Cel-  
 sissimi Principes, ut alios principesta-  
 ceam Celsissimos, curæ cordiq; est.  
 Quod retundendæ multorum si non  
 malitiæ, certè incuriæ satis est, quibus  
 vel ludibrio sunt, vel nihili aut parvi  
 æstimantur Μαθηματικὰ studia. Principes  
 enim non parva sed magna: non vul-  
 garia sed rara: non trita sed abstrusa,  
 & optimis ingeniis digna decent. Hinc  
 factum, ut apud Lacedæmonios nemo  
 admoveretur ad clavum Reipublicæ,  
 apud Persas nemo salutaretur Rex,  
 qui non Mathematicum esset gnarus ac  
 sciens.

*Sciens. Et certè quemadmodum his instructi artibus non tantum quantivis judicabantur pretii & honoris, sed etiam apti, qui divina humanaq̃, etiam ipsum quirent æthera, ut Poëta canit, ingenio supposuisse suo: ita ex adverso vel ob desidiam, vel fatalem genii & indolis tarditatem ab iisdem aversi censebantur degeneres mundi incolæ, nomina seculo inficianda; hostes bonæ mentis; propudia, portenta & abortus literarum.*

Laurenb.  
præf. in  
arithm.

*Mathematicas inter disciplinas autem non ultimum sibi vindicat locum Astrognofia. Ad quam eò facilius & feliciter apprehendendam sculpsi tabulas quasdam Astroscopicas, quas vobis Principes Serenissimi & Celsissimi, unà cum Opusculo quodam M. Davidis Origani, cognoscendis astris commodissimo,*

dissiſſimo, & verſiculis memorialibus de  
 ratione ſitu & ordine ſignorum cœle-  
 ſtium in Firmamento cœli, per B. Ja-  
 cobum Bartschium, Cæſaræ Majesta-  
 tis Romanæ quondam Mathemati-  
 cum, aucto, humillime dedico, rogans  
 demiffiffimè, exile hoc donarium cle-  
 menter accipere ne dedignemini. DE-  
 US omni copia virtutum, gloriæ, feli-  
 citatis S. S. S. V. V. exornet, & quàm  
 diutiſſimè rebus mortalium intereſſe  
 ac feliciffimè aliquando præeſſe pa-  
 tiatur. Berolini Idibus Auguſti. An-  
 no Chriſti M. DC. LXXIV.

Ad Lectorem.

Quinque Tibi, Lector Astrophile, in opusculo hoc observanda veniunt:

Primo Tabula Astoscopica, numero tres, literis Romanis A. B. C. signata.

A. Comprehendit PLANISPHERII Stellati seu VICE-GLOBI COELESTIS in plano delineati PARTEM BOREALEM, continentem Asterismos Tropico Cancris potissimum inclusos.

B. Continet PLANISPHERII STELLATI seu VICE-GLOBI COELESTIS in plano delineati PARTEM I. ZODIACALEM, in qua reperiuntur VI. signa SEPTENTRIONALIA cum quibusdam utrinque proximè vicinis.

C. Complectitur PLANISPHERII STELLATI seu COELESTIS VICE-GLOBI in plano delineati Partem II. ZODIACALEM, in qua conspiciuntur VI. Signa MERIDIONALIA cum quibusdam proximè ex utraque parte adjacentibus.

Secundo Observanda Manuductio Jacobi Bartschii per versiculos memoriales ad astra in Firmamento coeli ordine contemplanda & cognoscenda. Ubi A partem Borealem, B Primam partem Zodiacalem, nempe Septentrionalem, C. secundam partem Zodiacalem, puta, Meridionalem planisphaerii stellati seu Vice-globi coelestis ostendunt. Characteres porro rubri indicant illos characteres, qui reperiuntur ad marginem Tabularum A. B. C. Tandem characteres numerorum nigri

*nigri* paginas Tractatus M. Davidis Origani notant.

*Tertiò* Sciendum, etiam in *Indice Alphabetico* literas A. B. C. ostendere jam antè nominatas Tabulas Planisphærii Stellati: *characteres* verò *numerorum rubros* rursus characteres in margine Tabularum Vice-Globi: *nigros* verò paginas Tractatus M. Davidis Origani.

*Quartò* tenendum quoque, hunc ipsum Tractatum Origani calamo quondam, nempe Anno 1621. in privato Collegio fuisse exceptum, & si fortè alicubi fuerit scribendo erratum, non pejorem in partem rapiendum, sed potius dolendum esse, Auctorem ipsum vivis jam diu erreptum, quæ vel adhuc deesse videntur, addere, vel corrigi debuissent, limare non posse.

*Quintò* Tabulæ Planisphærii stellati vel post paginam 9. à compactoribus possunt inseri, vel, quod commodius lectori futurum, seorsim compingi. Vale Lector Astrophile, & bonis conatibus fave.

✠ o ✠

*Genes. 15, 5.*

Dixit (Jehova Abrahamo,) intueri nunc  
cœlum versus, & numerare ipsas stellas, si poteris  
numerare eas.

*Job. 9, 9.*

Qui (DEUS fortis) facit Arcturum, Orio-  
nem & Plejadas, ac penetralium Austri sidera.

*Psal. 19, 2.*

Cœli enarrant gloriam DEI fortis, & opus  
manuum ejus indicat expansum eorum.

*Psal. 147, 4.*

(DEUS) supputans numerum stellarum,  
quotquot sunt, nominibus vocans.

*Amos. 5, 8.*

Quærite opificem Pleiadum & Orionis.

★ ★ ★

*Jam sequuntur Tabula Planispherii A. B. C.  
vicem pagina 10, 11, 12. implentes.*

B

Vcr-

8  
Venerabilis pater  
Dixit (Job) Abrahama, inquit nunc  
oculū vultū, de numeris ipse scellas, si potius  
inimicitie car.  
Job. 2. 9.  
Qui (DEUS) facit Arcuum, Ono  
nem & Pleiadas, ac constellationem Austrā sidera.

Ps. 136.  
Celi cursum gloria Dei facta, & opus  
manuum eius in die expansionis columnarum.

Ps. 147. 4.  
(DEUS) supponens numerum scellarum  
quodque sunt, nominibus vocans.

Amos. 5. 8.  
Quare opificem Pleiadam & Orionis.

\* \* \*  
Iam sequuntur Tabula Planisphaeris A. B. C.  
vicina paginae 101, 12. implentes.  
B  
Ver-





Verficuli memoriales de ratione, Situ & Ordine  
Signorum Cœlestium in Firmamento Cœli.  
Jacobi Bartschii, &c.

*1. Signorum Septentrionalium.*

Nota. Rubri characteres indicant illos characteres, qui reperiuntur ad marginem Tabularum Astroscopicarum Gottofridi Bartsch; nigri verò paginas sequentis tractatus.

△		
A Strophilus primùm borealia signa notabit, Quæ versus Boream nobis cernuntur in alto.		} Confer. p. 24. 26.
1.	Ursa minor, plaustrumve minus, Cynosurave dicta, Prima videnda venit, cujus cauda ultima mundi Est vicina polo, sic Stella vocata polaris, Quæ minimo motu, minimum gyratur in Orbem.	A. 3. 4. 26.
2.	Hujus sub pedibus magnò Draco fulgidus astrò Zodiaci polum sinuoso Corpore cingit.	A. 5. 6. 27.
3.	Inde subest Helice, major quæ dicitur Ursa Inque hac Quadratum, Plaustri formam atque rotarum Temonemque refert, seu ternos Cauda caballos.	A. 3. 4. 5. 27.
4.	Subjacet informis Cauda, quæ Jordanis est nunc Principium, quique Ursam interfluit atque Leonem.	A. 4. 5. B. 16. 18.
5.	Subjacet informi, multis Coma lucida tricis.	A. 5. B. 18.
6.	Cauda Helices adstat cum falce pedoque Bootes A. 6. B. 20.	A. 6. B. 20. 28.
7.	Arcturusque pedes inter rubet. Inde Corona	A. 7. 28.
8.	Juxta humerū dextrum, propior quam contegit Hercules, Qui caput Anguifero jungit, calcatq; Draconem.	A. 7. 8. 29.
	B <sub>2</sub>	Serpent-

2. *Serpentem Anguitemens manibus tenet in-de rotundum*  
A. 5. B. 22. 34.
34. *Conculcatq; nepam, partem via lactea transit,  
 Arcitenente super ramus dein lacteus alter*  
A. 9. C. 23. A. 9. C. 23, 34. A. 9, 10. 33.
36. *Antinoum tangit, transitque Aquilam, inde Sagittam*  
A. 10.
33. *Delphinus sequitur, Rhombi, Crucis atque minoris  
 Formâ. Huic adstat Equi præfectio parvula parvi,*  
A. 10. 35. A. 9. C. 24.
- Alluit his Tygris prelongo flumine tangens*  
A. 11. A. 8. 22.
- Pegasum & Anguiferum transit quem Lactea duplex*  
A. 19. A. 9. 29.
- Herculis ante pedem, Cygno Lyra proxima fulget.*  
A. 10.
30. *Inde Cygnus collo, cauda, alis, pectore lucens:*  
33. A. 13.
- Prælongamque Crucem formans: at Pegasus infra*  
*In quo Quadratum, major Crux dicta renidet.*  
A. 1. A. 12. 30.
- Altior hinc Cepheus humero, latere & pede notus  
 Levo cui propior Cynosura Cauda polusque.*  
A. 2.
- Huic Caput & Collum jungit Gyrassa Camelo:*  
32. A. 2. 32. A. 2.
- Pardalis, atque pedes Aurigam & Persea tangunt.*  
A. 1. A. 12.
30. *Cassiopea subest, Solii quam sede locatam*
31. *Lactea Jacobi transit via. Protinus adstat*  
A. 12. B. 13. C. 26. A. 11.
31. *Andromede, que jungit Equo Caput ipsa volanti*  
A. 1.
- Sub cinglo & pedibus lucet boreale Trigonum*  
A. 1.
- Arietis Cornu prope apes aut Vespa videtur.*  
*Andromedæ Perseus (bivii quem littera signat)*  
A. 12. B. 13. C. 26. A. 1. B. 14. C. 35.

Galaxia.

Adiacet,

Adiacet, ac totum fermè Via lactea transit.  
 Hic gladium dextrâ retinet Scutumq; sinistrâ  
 Anguicomumq; Caput pallenti luce Medusæ

A. 1.

Pleiadas at supra pes eminent inde sinister.

A. 2.

Mox supra Taurum succedit habenifer inde  
 Auriga (Henjochi dictus quoq; nomine) Capram  
 Fulgentem hic humerò cum binis continet hœdis.  
 At Tauri cornu dexter pes jungitur ejus.

△△

## 2. Signorum Zodiacalium.

Dein sic Zodiaci iusta notet ordine Signa  
 Quæ Sol cum Luna peragrat reliquiq; Planeta.

1. Primus adest Aries cuius duo Cornua fulgent.
2. Dein sequitur Taurus præfecto Corpore, supra  
 Vergilia lucent, Hyades cum Cornubus inde
3. Tertia mox splendent Geminorum sidera fratrum.  
 Præcedens Castor, succedens ordine Pollux.
4. Quartus adest Cancer, cuius præsepe notandum  
 Pectoris, apparet circa quod binus Asellus.
5. Quintus in orbe Leo permulto sidere clarus  
 Cum rictu nares, capitis, collig; nitentes,  
 Regulus est Cordi, cum tergo, lucida cauda.
6. Virginis inde Caput sextum nitet, atq; duplex  
 Cingulus atq; genu, dein Spica pedesq; sequuntur.
7. Septima Libra venit, cuius lanx utraq; fulget.

A. 1. B. 14.

B. 15.

A. 1. B. 14.

32.

A. 2. B. 16.

B. 16.

A. 1. B. 14.

C. 27.

A. 1. A. 2.

B. 14. B. 15.

A. 3. B. 16.

A. 3. 4.

B. 16. 17.

A. 4. B. 17.

18.

B. 18. 19.

19.

B. 18.

B 3;

Scor-

- C. 22.*  
 8. Scorpius octavus sequitur, cui lucida frontis  
 Triplex, Corque nitens Martis rutilante colore.  
 Invida Cauda ferè nobis latet undique multum
- C. 23.*  
 9. Inde Sagittipotens nonus venit atque bicorpor  
 Teli cuspis adest, arcusque humerique caputque  
 At pes uterque latet, terebellum in fine videtur,
- C. 24.*  
 10. Cornua dein Capri fulgent ac lucida Cauda
- C. 24.*  
 11. Undecimus multò signatus Aquarius astrò  
 Mantellum leva est, humeri post Urnaque dextra.  
 Ex quâ multa fluens effunditur Unda subinde.
- C. 25. 26.*  
 12. Denique collucent Boream duo versus & Austrum  
*25.*  
 Pisces, quos duplicis connectit lucida lini.

### 3. Signorum meridionalium.

Tandem precipuas Stellas observet ad Austrum  
 Astrorum, quæ sic nostris oriuntur in oris.

Est grandis bino sub Pisce atque Arjete Cetus  
 Urnigerique Undas Cauda, sed pectore tangit

*B. 15.*

Eridanum, lucens prægrandi Corpore & Ore.  
 Mox Geminos Taurumque inter stat fulgidus infra

*B. 15.*

Orion, clavam dextrâ Scutumque sinistrâ  
 Qui tenet: Hinc Capitis triplex Humerique nitentes  
 Baltheus inde nitet, Baculi qui nomine dictus  
 Jacobi, sub quo gladiusque pedesque coruscant.

*B. 15.*

AB

<sup>B. 15.</sup> At Lepus hunc infra quadratò pectoris adstat	B. 15.
<sup>A. 3. B. 16.</sup> Sub Geminis austrum versus Canis est minor, inde	B. 16.
<sup>B. 16.</sup> Ad leporem major fulgens; quos ponitur inter	B. 16.
<sup>B. 16.</sup> Olim informe animal Cornu quod continet Unum.	B. 16.
<sup>B. 17.</sup> Inde nitet Gallus, Navis quem incluserat olim.	B. 17.
<sup>B. 17.</sup> Longior hydra nitet, cui Cor, sub Corde Leonis.	B. 17.
<sup>B. 18.</sup> In medio Crater leva sub Virginis alâ.	B. 18.
<sup>B. 19.</sup> Corvus at in Cauda sub spica Virginis extat.	B. 19.
<sup>B. 20. C. 21. C. 21. C. 22. C. 22.</sup> At paulum iude Lupus sub Libra surgit ab undis	C. 21.
<sup>C. 23. C. 23.</sup> Centaurique humeri, Crux, ara, latetque Trigonus.	
<sup>C. 24.</sup> Inque Sagittiferi pedibus fermè ipsa Corolla.	
<sup>C. 24.</sup> Hinc notius piscis, sub Capro, & lucida in Ore.	
<sup>C. 24.</sup> Et sub Pisce Gruis rostrum mox mergitur undis Reliqua semper habet latitantia noster Horizon.	

*Index*



*Index Alphabeticus in hunc libellum juxta  
Paginarum seriem.*

*Ubi Characteres atrii ostendunt paginas sequentis  
tractatus, rubri verò indicant Characteres, illos in mar-  
gine Planispherii coelestis, seu vice-Globi,  
expressos.*

<b>Æ</b> Sculapius. pag. 34. A. 8. C. 22.	Centaurus. 48. C. 20. 21
Andromeda. 31. A. 12. C. 26.	Cepheus. 30. A. 12.
Anguis. 35. A. 7. 8. C. 21. 22.	Cetus. 50. B. 13. C. 26.
Apis. A. 1. B. 14.	Cauda Scorpionis. 41. C. 22.
Aquarius. 42. C. 24.	Cingulum Andromedæ. 31. A. 12. C. 26
Antinous. 36. A. 9. C. 23.	Cingulus Orionis. 44. B. 15.
Aquila. 34. A. 9. C. 23.	Columba. 15.
Ara, 50. C. 22.	Coma Berenices. 36. A. 5. B. 18. 19.
Arcturus, 28. A. 6. B. 19. 20.	Cor Scorpionis. 41. C. 22.
Aries. 37. A. 1. B. 14. C. 27.	Cor & Cauda Leonis. 39. A. 4. B. 17.
Arctophilax. 18. A. 6.	Corona gnōsia. 28. A. 7.
Argo, navis. 47.	Corona australis. 50. C. 23.
Auriga 32. A. 4.	Corvus. 49. B. 19.
Balena. 50. B. 13. C. 26.	Crater. 48. B. 18.
Berenices coma. 36. A. 5. B. 18. 19.	Crux. C. 21.
Bootes. 28. A. 6. B. 19. 20.	Cygnus. 30. A. 10. 11.
Cancer. 39. A. 3. 4. B. 16. 17.	Delphin. 23. A. 10.
Canis minor. 45. B. 16.	Deltoton boreale. 31.
Canis major. B. 16.	Deltoton australe. A. 1. B. 14.
Canopus. 47.	Draco. 27. A. 6. 11.
Capella. 32. A. 2. B. 13.	Engonasi. V. Hercules. 29. A. 8.
Capricornus. 42. C. 24.	Equuleus. 35. A. 10.
Caput Medusæ. 32. A. 1. B. 14.	Equus alatus. 33. A. 11.
Cassiopeia. 30. A. 1. 12.	Erichtonius. 32. A. 2. B. 15. 16.
Camelopardalis. A. 2.	Eridanus. 51. B. 14. 15. C. 27.
Cauda Scorpionis. 41. C. 22.	

C

Fera,



- Fera, Bestia, Lupus. 49. C. 21. 22.  
 Fidicula, Lyra. 29. A. 9.  
 Fomahant. 49. C. 25.  
 Gallus. B. 17.  
 Galaxia. 58. B. 17.  
 Ganimedes. 36. A. 9. C. 23.  
 Gemini. 38. A. 3. B. 16.  
 Grus. C. 24.  
 Gradus, Lat. & Long. C. 20. 27.  
 Hædi cum Capella. A. 1. B. 15.  
 Helice, Ursamajor. A. 3. 4.  
 Heniochus, auriga. 32. A. 2. B. 15.  
 Hercules. 29. A. 8.  
 Hyades. 37. A. 1. B. 15.  
 Hydra. 48. B. 17.  
 Jordanis fluv. A. 5.  
 Leo. 39. A. 4. B. 17.  
 Lepus. 45. B. 15.  
 Libra. 40. C. 21.  
 Lucida lyræ. 29. C. 9.  
 Hydræ. 48. B. 17.  
 Lupus, fera. 49. C. 21. 22.  
 Lyra fidicula. 29. A. 9.  
 Medusæ caput. 32. A. 1. B. 14.  
 Monoceros. B. 16.  
 Navis Argo. 47. o  
 Oculus Tauri. 37. A. 2. B. 15.  
 Ophiuchus. 34. A. 8. C. 22.  
 Orion. 44. B. 15.  
 Pegasus. 33. A. 11.  
 Perseus. 32. A. 7. B. 14.  
 Pisces. 43. C. 25. 26.  
 Piscis notius. 49. C. 24.  
 Pleiades. 37. A. 2. B. 14.  
 Polaris stella. 26. A. 2.  
 Polus Æquatoris. A. 2. 3.  
 Ecclipticæ. A. 6. 11.  
 Sagitta. 33. A. 9. 10.  
 Sagittarius. 41. C. 23.  
 Scorpius. 41. C. 22.  
 Serpens. 35. A. 7.  
 Serpentarius. 34. A. 8. C. 22.  
 Spica Virginis. 40. B. 19. C. 20.  
 Stella polaris. 26. A. 2.  
 Taurus. 37. A. 2. B. 14. 15.  
 Telum. 33. A. 9. 10. C. 22. 23.  
 Triangulum. Sept. 31. A. 1. B. 14.  
 Triangulum Merid. C. 22.  
 Tropicus cancri. B. 19. 18.  
 Tropicus capricorni. C. 26.  
 Tygris. A. 9. 11.  
 Velpa, apis. A. 1. B. 14.  
 Virgo. 40. B. 19. 20.  
 Virunculus. 36. A. 9. C. 23.  
 Unicornis. B. 16.  
 Ursa major. 27. A. 3. 4.  
 Ursa minor. 26. A. 3. 4.  
 Vultur cadens s. Lyra. 29. A. 9. C. 23.  
 Zodiaci latitudo. B. 13. C. 20.





M. Davidis Origani  
**METHODUS DE STELLIS FIXIS,  
 ET EARUM AGNITIONE EX  
 ASPECTU COELI.**

§

I. **S** Tellæ Cœli usitate in Planetas ( Erraticas ) & Fixas distribuuntur.



2. *Stella erratica septem numerantur:*

♄. ♀. ☉. ☿. ♃. ♁. ♆. Tam etsi perspicillorum

novorum ope, quatuor adhuc *Jovis satellites* sunt deprehensi, qui circa Jovis stellam tanquam centrum inæquali velocitate circumducuntur: Sicut Venus & Mercurius circa solem.

3. *Habent autem Planete singuli singulos ambitus quos distinctis periodis permeant, alius sub alio.* Saturnus amplissimum habet: Sub eo Jupiter cum suis satellitibus fertur: Sub Jove Mars: Sub Marte Sol, cum Venere & Mercurio sibi ὁμοκέντροις: & postremo Luna.

4. *Stellæ fixæ, etsi innumerabiles sunt, nec à quaquam hominum numerus earum investigari potest, cum plurimæ ob altitudinem nimiam visum nostrum fugiant, fatente id Aristotele cap. 2. de Mundo, & sacra scripturâ stellarum numerationem soli Deo tribuente Psal. 147. v. 4. Tamen visu notabiliores ab artificibus in certas imagines sunt distributæ, & certus numerus insigniorum annotatus, ut jam dicetur.*

5. *Non a. singulis fixis, singulos ambitus tribuere solemus, propterea quod omnium motus ratio sit eadem, eademq; periodus, omnesq; eandem perpetuò à se invicem retineant distantiam, & 24. horis perpetuò circa*

C 2 *axem*

*Distributio  
 Stellarum  
 1.  
 In stellis erraticas VII*

*3.  
 Et fixas innumerabiles.*



22 M. DAVIDIS ORIGANI

axem mundi circumducantur: Sed omnes in octavo orbe, qui & firmamentum nominatur, circumferri concipiuntur.

6. Interim non est cogitandum, octavum orbem sive tractum, in una quadam superficie stellas fixas continere, sicuti parietis unius planitiei stellæ rosæq; appinguntur: Sed est *Octavus Orbis immensus quidam tractus in altitudinem sursum expansus, innumerabiles stellas, alias altiores, alias humiliores continens*, quarum minimam partem visu nostro notare possumus, propter nimiam à terra remotionem.

7. Ex earum igitur innumero numero visu notabiles, & in Europa, atq; septentrionalioribus locis Ægypti, versus Alexandriam & ostia Nili, supra horizontem conspicuæ numerantur 1022. tametsi novorum perspicillorum ope plus decies plures deprehendantur: & versus polum antarcticum alias plurimæ illustres stellæ, quæ Europæ & Ægypto perpetuæ occultationis sunt, à Nautis notentur, quarum asterismos, ab illorum quibusdam rei sideralis peritis ex Belgio acceptos, Generosus Dominus Tycho de Brahe globo suo inseruit.

Blebel. Sphær.  
pag. 7. 54.

Blebel. Sphær.  
pag. 7. 54.

8. Illas verò 1022. stellas, cum operosius foret singulas nominare & signare, digesserunt Artifices in certos Asterismos seu imagines pluribus stellis constantes, numero 48. Ut ita certa semper congeries stellarum, sub certo nomine veniat, & postea quælibet in ea congerie nominari & à reliquis discerni possit. Et post asterismos omnes in concavo Cæli designatas in convexo globi astriferi repræsentamus.

9. Planetas v. quia eandem à se invicem & à fixis distantiam non retinent, in globo repræsentare, loco quodam certo & perpetuo non licet: sed eos aliunde ex aspectu ipsius cæli cognoscendos Astrophilis necessario relinquimus.

10. Pro-

10. Prodest a. plurimum *Globus astrifer* tum ad alia, tum ad stellas fixas, & earum Asterismos in coelo cognoscendum, si aspectus ejus ad aspectum Coeli conferratur.

11. *Qua in re*, (quoniam *Asterismorum cognitio magnos habet usus*, non tantum in Astronomia, sed & in re oeconomica, rustica & nautica, adeoq; in tota vita humana utilis, & ingenio liberali, maximè est digna: Imò nec sacra Scriptura Asterismis hisce uti dedignatur, cum Orionis mentio fiat Amos 5. v. 8. & Job. 9. v. 9. Pleiadum Job. 9. v. 9. & Amos 5. v. 8. *Currus* item quem alii *Ursam* vocant Job. 9. v. 9.) *ut studiosa juventuti Astrorum cognitionis inserviamus, Methodum stellarum fixarum brevem proponemus.*

*Astrognosiae utilitas.*

12. *Dividuntur a. stelle fixae variis modis:*

(1.) *Ratione situs*, aliae sunt Zodiaci: aliae Septentrionales: aliae meridionales.

(2.) *Ratione quantitatis apparentis*, in sex magnitudines. Nam Primae magnitudinis numerantur 15. *Quinq; in Zodiaco*: 1. Oculus Tauri: 2. Cor Leonis: 3. Cauda Leonis: 4. Spica Virginis. 5. & Os piscis notii sub Aquario. Foma-hant.

*Tres in parte Septentrionali*: Arcturus: Lyra & Capella.

*Septem in parte meridionali*: Humerus dexter Orionis. 2. Extrema Eridani. 3. Sirius. 4. Procyon. 5. Prior pes Centauri. 6. Sinister pes Orionis. & 7. *Canopus* in remo navis Argo, qui tamen nostris climatibus non apparet. Et haec ante omnes alias praecipue sunt notabiles, & nosci imprimis debent: Superant terram singulae 107.  $\frac{1}{24}$ .

*Divisio stellarum fixarum triplex:*

1.

2.

5.

3.

7.

C3

Secun-

*long.*



15. *Secunda* magnitudinis sunt 45. Superant terram o-  
logies lepties ferè.

45. *Tertia* numerantur 208. quæ terrã 72 $\frac{1}{3}$ . ferè superant.

208. *Quarta* 474. quadringentæ septuaginta quatuor,  
474. quæ terram singulæ 54 $\frac{1}{2}$ . ferè & paulò ultrà superant.

216. *Quinta* 216. quæ 3. molem terræ excedunt.

50. *Sexta* 50. quæ terram decies octies & paulò amplius  
superant.

14. His deniq; annumerantur 9. *Obscura* & 5. *Nebulosa*,  
1022. ut tota summa stellarum notarum con fiat 1022.

3. Respectu  
imaginum.

(3.) *In Asterismos Septentrionales XXI. Aste-  
rismos in Zodiaco XII. Et in Australes XV. quos  
omnes bi-versiculi continent:*

Hebel. p. 55.

1. 2. 3.  
Ad Boreæ partes: *Arcti* junguntur; & *Anguis*;

4. 5. 6.  
Post hoc *Astrophylax*: pariterq; *Corona*: *Genug*;

7. 8. 9. 10.  
*Prolapsus*: *Lyna*: *Avis*: *Cepheus*: & *Cassiopea*:

11. 12. 13. 14.  
*Auriga*: & *Perseus*: *Deltoton*: & *Adromeda* astrum:

15. 16. 17. 18. 19.  
*Pegasus* & *Delphin*: *Telum*: hinc *Aquila*: *Anguitemens*q;:

20. 21.  
*Anguitementis* ad hanc *Anguis*: *Protome*q; *Caballi*:  
Signifer inde subest, bis sex qui sidera complet:

Hic *Aries*: *Taurus*: *Gemini*: *Cancer*: *Leo*: *Virgo*:

*Libra*q;: *Scorpius*: *Arcteenens*: *Capricornus*: & *Urnæ*

Qui tenet: & *Pisces*. Hi sunt in partibus Austri:

a b c d e  
*Orion*: *Procion*: *Lepus*: *ardens* *Syrius*: *Argo*:

f g h i k l  
Hinc, *Chiron*: *Hydrus*: *Crater*: *Corvus*: *Fera*: *Piscis*:

m n o p  
Cum *Pistrice*: *Corolla*: *Ara*: *Eridani*q; *fluenta*.

13. Quòd

13. Quòd si quis quærit, *quam ob causam Veteres, tam varia nomina, partim hominum, partim bestiarum, partim rerum in-animatarum stellis indiderint?* Is sciat, factum hoc ex tribus præcipuè causis fuisse.

Vide Bartsch.  
in usu Planisphæ  
pag. 49. 50.  
Blebel. p. 55. 56.

(1.) Ut gratam memoriam retinerent primorum & præcipuorum Astronomiæ cultorum & patronum, eosque itaque immortales facerent, ut: Hercules: Orion, Perseus, Cepheus, Chiron, Atlantides.

(2.) Propter similitudinem aliquam figuræ: Ut: Deltoton: Eridanus: Plaustra, Draco, Corona &c. Plin. lib. 2. cap. 3.

(3.) Propter Naturæ convenientiam & occultã *ουμπα* *σειαν* in inferioribus, vimq; quandam peculiarem in afficiendis corporibus inferioribus, experientiã cognitã. Ut:

*Pleiades*, à *πλεῖν* /. à navigando, quòd Ortibus & Occasibus suis, tempora navigationibus commoda vel incommoda designent. Hesid. l. 2. *ἐργῶν*.

*Hyades*, ab *ὑεῖν* /. à pluendo, quòd pluvias excitent circa suos ortus vel occasus, transituque certorum Planetarum per ipsas.

*Canis*, quòd sub ortum ejus, & quando ☉ cum eo est, canes plerumque in rabiem agantur, in locis calidioribus. Plin. l. 2. cap. 40.

14 Non enim ex nominibus fabulosis & fortuito impositis, effecta talia vel talia stellarum collegerunt: Sed contrà, quia tales atq; tales vires harum vel illarum stellarum observando notatum, nomina ejusmodi illis imposuerunt; Sicuti non prodest Epati Epatica, Matrici Matricaria, pulmonibus pulmonaria, aut lacteum succum præbet lactuca &c. quia sic nominantur: Sed contrà ideò sic nominatæ sunt, quia vim talem habere experientia compertum est. Nos

Nos singulos hos Asterismos ordine persequemur: (1.) Septentrionales. (2.) deinde Zodiaci. (3.) Meridionales. (4.) Hinc nomina peregrina & præcipue Arabica præcipuarum stellarum passim usitata propter lectionem variorum Scriptorum addemus.

*Sequentes  
Asterismi  
possunt à  
Christianis  
dici*

Ursæ quæ  
42. pueros  
devorasse le-  
guntur. 2.  
Reg. 2.  
Bayer. fol.  
7. 14. 18.

## ASTERISMI SEPTENTRIONALES.

### 1. *Ursa Minor* & in ea *Polaris*.

Stellarum cognitionem cupienti, post *stellarum prima magnitudinis* sive omniū sive aliquarum pro ratione temporis notitiam, commodè primū noscenda datur *Stella polaris*, (Alrucaba Arab. item Cochab.) quæ in extremitate caudæ Ursæ minoris est, vel quod idem, in temone currus sive plaustris minoris. Cum non tantum semper, quovis anni tempore, sereno cælo conspicua maneat, sed & locum suum minus, quàm omnes aliæ fixæ, mutet, circulumq; circa polum arcticum omnium minimum & angustissimum describat.

Ea in globo ex pictura facile addiscitur, & in cælo vel semel rectè monstrata à reliquis omnibus discerni potest. Ab hac stella quasi dependet tota constellatio Ursæ minoris ἀρκτος μείων, quæ & *Cynosura* q. d. Hundeschwanz & phænice dicitur, & ἀμὰζα μείων, VII. stellis insignis.

Hæc constellatio, ut & sequens Ursæ majoris vel inter primas est cognoscenda, partim δειξίσι/. ostensione, partim Globi astriferi applicatione, partim ad invicem collatione. Talem enim à polari situm habet & ad majorem. Vide Globum: &c.

Et stella quidem POLARIS est tertiæ magnitudinis, anteriores duæ secundæ, reliquæ quartæ. *Polaris* autem dici-

dicitur, illa extrema in cauda Ursæ minoris, Non quòd sit ipse polus mundi, aut occupet locū poli, sed quòd polo arctico, qui punctū invisibile est, & fere supra mediū duarū extremarū situs, in Triangulo fere æqui latero.

*II. Urfa major sive plaustrum majus.*

Urfa major, quæ & Helice dicitur, juxta minorem est cognoscenda. *Constat stellis XXVII.* Ex Quibus Septem Præcipuæ sunt insigniores, omnes secundæ magnitudinis, præter unam quæ est Tertiæ, dispositionem similem cum Urfa minore habentes.

Hanc constellationem facile quis agnoscat, si vel semel ostensa fuerit, cum & Rusticis non sit ignota. Reliquæ stellæ obscuriores sunt Tertiæ, quartæ & quintæ magnitudinis. Eum autem ad se invicem situm habent Ursæ, ut caput unius vergat ad alterius caudam & contrā. Cumque in utraque Urfa sint VII. Stellæ in Minore simpliciter, in Majore excellentiores, *Septentriones*, (& ab eis ipsa plaga mundi Septentrio) nominantur, quasi Septē triones, sive teriones. Boves trituratores, aut Septem stellæ plaustrorum triturantium. Quia enim hi duo Asterismi *Plaustra* dicuntur: Antiquis verò frumenta Bobus & Plaustris exterebantur, Nomē inde hoc acceperunt. Supra eam stellam, quæ in cauda Ursæ majoris est media, Cælo sereno & Luna sub Horizonte posita, visus acrimoniâ præditi vident parvam stellulam, quā Arabes *Alkor vel Alkir* appellant, quasi Aurigam equo insidentem. Unde & Germani eam *Das Reuterlein* appellant. Atque hæc duo sidera statim initio præ cæteris cognovisse prodest.

*III. Anguis sive Draco.*

DRACONIS Asterismus 31. stellas continet, plerasque quartæ magnitudinis, pauciores tertiæ, quintæ & sextæ.

D

Est

Currus Eliæ  
2. Reg. 2. 11.  
*Alioth. extrema in cauda Urse majoris.*  
*Benenacz prima in cauda V. M.*  
Bayer. fol. 11.

*Dubbe Bore- alior ex rotis posterioribus V. M.*

*Alkor vel Alkir. secunda in cauda V. M.*

Draco in fernalis. Apoc. 12.  
Serpens ænc9.  
Joh 3. Num. 21

*Raschaben*

*Caput. Drac.*

*3. magn.*

Bayer. fol. 15, 19

*Nimrod. Gen*

10. v. 8.

*Elisæus* qui in-

tentis in cur-

rum Eliæ. ocu-

lis, ejus fugam

in cœlum per-

sequitur.

2. Reg. 2.

Bayer. fol. 23.

Est series stellarum *ορυοειδης* (·/· figuram 6 refe-  
rens) utrique Urfæ interjecta & facile notabilis: propè  
hujus sinuositates Polus Ecclipticæ.

#### IV. *Arctophylax sive Bootes.*

ARCTOPHYLAX sive BOOTES stellas 22. notabi-  
les habet, quarum 4. sunt magnitudinis Tertiæ, reli-  
quæ Quartæ & quintæ.

Et includitur intra Quadrangulum, quod consti-  
tuitur, ductâ 1. linea recta ab ultima stella caudæ urfæ  
majoris usque ad partes orientales Coronæ septen-  
trionalis. 2. Ducta linea rectâ, ab eadem stella ultima  
caudæ urfæ majoris usque ad *Vindemiatores*, in  
dextra ala Virginis. 3. Ducta linea rectâ à partibus ori-  
entalioribus Coronæ, usque ad ultimas partes seu pe-  
des Virginis. 4. Ducta linea rectâ ab ultimis partibus  
Virginis ad *Vindemiatores*. His lineis ductis confor-  
mabitur QUADRANGULUM, in quo *Arctophylax* conti-  
netur: Oportet autem *Coronam* & *Vindemiatores*, &  
*extrema Virginis*, vel ex Globo applicato, vel ex osten-  
sione addiscere.

Præter has 22. stellas est una quædam insignis  
stella, primæ magnitudinis, subruta & Martialis, quæ  
*Arcturus*, *Alramech* Arab. dicitur. Eam vel præco-  
gnitam esse oportet, vel ex hujus Asterismi cognitio-  
ne rectius dignoscere licebit, Locum ejus ostendit  
recta, ducta à stella polari, per rotas posteriores *Plaustris*  
minoris, & extensa usque dum pertingat quàm proxi-  
mè Stellam insignem primæ magnitudinis, quæ inter-  
crura *Bootæ* invenietur.

*Corona Regis*

*Davidis.*

*Corona spinæ*

*Christi.*

Bayer. fol. 27.

#### V. *Corona Gnosia, Ariadna sive Septen- trionalis.*

Duæ sunt in cœlo coronæ, Una Australis mi-  
nor.



nor, de qua postea, in sua sede: Altera Borealis major, de qua hic est sermo, quæ & Corona *Ariadne* dicitur & Corona Gnosia sive Gnosia. Cretensis. Finxerunt n. Poëtæ Minois Regis Cretensium filia Ariadnæ à *Theseo* desertæ Coronam inter sidera relatam.

Constat hæc Corona Septentrionalis octo stellis, inter quas UNA EST LUCIDIOR secundæ magnitudinis, (Alpheta Arab.) Reliquæ quartæ, quintæ & sextæ.

Sita est hæc Corona *versus humerum* orientalem Bootæ, & semicirculari stellarum dispositione facile notabilis.

*VI. Engonasi sive Hercules.*

*Engonasi* composita dictione indeclinabili, nomen habet ab ἐν & γόνασι, quod genibus partim incumbat, partim innitatur; Nonnullis dicitur *Ingeniculator*: Vulgò *Hercules* Leoninam gestans & clavam.

Constat hic Asterismus stellis 27. tertie, quartæ, quintæ & sextæ magnitudinis, & est *inter Coronam & Lyram*, (quæ (Lyra) stella primæ magnitudinis notabilis est,) medius, ita ut Genua versus polum, & Humeri versus Ophiuchum vergant in meridiem.

*VII. Lyra sive Fidicula. seu Vultur cadens.*

Lyra, quæ & Fidicula & Vultur cadens dicitur, 10. stellis constat, quarum UNA PRIMÆ MAGNITUDINIS. (Wega Arab.) facile agnoscitur, Reliquæ tertie & quartæ sunt.

Invenitur autem, Si per *Arcturum & Lucidam Coronæ* ducatur recta. Ea enim propè viam lacteam, candore suo per se notabilem lucidissimam stellam *Lyram* ostendet, juxta quam reliquæ stellæ facile inveni-  
entur.

De

7. Olor

Simson cum maxilla asinina. Judic. 15. v. 15.  
David accingens sese ad luctam cum Urso. 1. Sam. 17. v. 35.  
Bayer. fol. 31.  
Rasch Alge-  
thi Caput  
Herculis. 3.  
magn.  
Cythara Davidis 1. Sam. 18. v. 10. & 19. 9.

Bayer. f. 35. 39.

Crux Christi  
crucifixi.

Christus Gal-  
linæ se compa-  
rans.

*Albirto ro-  
strum Cygni  
tertia magni  
Enebaligege  
cauda Cygni  
secunda ma-  
gnitud.*

Bayer. f. 39. 15

Salomon cum  
corona regia.

1. Reg. 1.

Bayer. f. 19. 15.

Regina divitis  
Arabia ad Sa-  
lomonem ve-  
niens.

1. Reg. 10.

*VIII. Olor vel Cygnus.* Vultur cadens.

Olor, Cygnus, vel Avis, vel etiam Gallina. Totus ferè est in via lactea propè Lyram, habetque stellas 17. quarum una est secundæ magnitudinis in cauda, reliquæ omnes tertiæ, quartæ & quintæ. (In hoc signo Via lactea divaricari incipit, & Ramo uno Sagittam & Aquilam transit, Alterum verò ramulum versus Ophiuchi hum. dext. porrigit.)

Invenitur per rectam ductam à Rotis anterioribus Plaustrum majoris, per rotas posteriores minoris, usque ad viam lacteam, Incidet enim hæc linea in ipsum Cygnum cujus Asterismus figuram Crucis representat, quam stella caudæ cum stellis utriusque alæ, cum stella pectoris & cum stella capitis sive Rostri efficit.

In hujus Asterismi pectore Stella quædam nova, ut putatur, apparere deprehensa est Anno 1602. (quæ mota fuit, motu recto sursum & deorsum, & usque ad annum 1616. visa est. Tandem verò, quia sursum iterum ascendit, visui nostro se eripuit.)

*IX. Cepheus:* pater Andromedæ.

Cephei asterismus 11. stellis absolvitur, omnibus exiguioribus, unica saltem magnitudinis tertiæ, reliquis quartæ & quintæ. Eum sic invenies:

1. Duc rectam à Polari ad Caudam Cygni, 2. & aliam rectam ab eadem polari ad supremam in Cassiopea, 3. & terminos connecte, & conformabitur Triangulum intra quod Cephei sidus continebitur, cujus pedes Polulum spectant, Caput in Austrum vertitur.

*X. Cassiopea.* Cephei uxor. Mater Andromeda.

Cassiopea 13. stellis finitur, quarum 4. sunt magnitudinis tertiæ, reliquæ, quartæ, quintæ & sextæ.

Ea

Ea invenitur, si à prima Stella caudæ Ursæ majoris ducatur linea per polarem, usque ad viam lacteam, ibi enim sub Cepheo versus ortum & nonnihil etiam ad Austrum reperietur Cassiopæa.

Scheder humerus sinister Cass. 3. magnitud. Bayer. fol. 43.

In hujus Asterismi Stella quædam insignis in magnitudine Sirii à Novembri Anno 1572. ad initium Veris, anni 1574. conspecta fuit, quæ postea in altum rursus everta sensim decrevit, & tandem visui nostro sese subduxit. Adhuc tamen hodie, novorum perspicillorum ope videri dicitur, &c.

XI. Deltoton, sive Triangulum.

Æquicrurum.

Bayer. fol. 87.

Deltoton sive Triangulum à Figura nomen accepit, & 4. stellis constat, quarum 2. in basi, & una in concursu laterum longiorum, sunt tertiæ magnitudinis: Unica verò intermedia duabus in basi, quartæ: Quas omnes hæc Figura repræsentat \*\*\* Ita ut apex laterum longiorum occidentem spectet, basis Ortum.

Facile in notitiam veniet, si ad cornu rectum Arietis lineam duxeris & supra hanc lineam versus polum Septentrionalem hanc Figuram quæsieris.

XII. Andromeda.

Andromeda stellis 23. signata est, plerisque minoribus. Nam 7. sunt magnitudinis tertiæ, reliquæ quartæ & quintæ.

Sufanna. Bayer. fol. 83.

Habet sub pedibus versus ortum Perseum, ad dexteram versus septentrionem Cassiopæam, ad sinistram, versus Meridiem Deltoton, & supra illud Piscem Septentrionalem, ad caput, versus occasum, Pegasus, cujus Stella in umbilico, caput Andromedæ appingi imo illi communis est.

Mirach fœmur Andromede. 3. magnitud.

XIII.

Elias, qui Cur-  
rus & Auriga  
Israelis appel-  
latur.  
2. Reg. 2. v. 12.  
Bayer. st. 94.

*Amalthea.*  
Arab: *Alba*  
*coth.*  
Lauremb. I.  
p. 301.  
Lauremb. II.  
p. 37.

David cum ca-  
pite Goliathi.  
1. Sam. 17. v.  
st. 54.  
Daniel qui Su-  
sannam libera-  
vit.  
Christus qui  
genus huma-  
nam liberavit.  
Bayer. 47.

*XIII. Auriga sive Erichthonius.*

Auriga sive Heniochus, aliàs etiam Erichthonius dictus, 14. stellas habet, ex quibus UNA EST MAGNITUDINIS PRIMÆ: una secundæ: Illa in sinistro, hæc in dextro humero: duæ tertiæ: reliquæ quartæ, quintæ & sextæ.

Invenitur hic Asterismus *inter duas lineas rectas*, à Polari ad Oculum Tauri, & ad pedes Geminorum protensas.

Insignis illa primæ magnitudinis, quæ est in humero sinistro Erichthonii *CAPELLA* Olelia sive *Amalthea*, & *Nutrix Jovis* appellatur. Sub ea 2. *PARVÆ* sunt sitæ, quartæ magnitudinis, quæ *HÆDI* nominantur.

*XIV. Perseus Andromeda salvator & sponsus cum capite Medusa.*

ad pedes Andromedæ.

Persei sidus etiam in Via lactea invenitur constans Stellis 26. quarum *DUÆ* SUNT MAGNITUDINIS *SECUNDÆ*, Illa scil. quæ est *in Latere dextro*, (Arabice *Alcherab*.) & ea quæ extra Perseum est *in capite Meduse*, *Rasch Algol*. quod præfectum manu sinistra Perseus gestat, quodque præter *HANC LUCIDAM* alias 3. quartæ magnitudinis habet, & alio nomine *Gorgoneum* nominatur, Reliquæ tertiæ, quartæ & quintæ magnitudinis sunt.

Facile autem agnosci potest Perseus, cum concineatur maximam partem in via lactea, *inter Aurigam & Cassiopeam*, & sub se habeat Taurum.

*Caput Medusæ* Astrologi appellant stellam violentam eò quod capitis periculum portendat iis, quibus in Nativitate exoritur. *Wartsch. pag. 53.*

*XV. Pe-*

**XV. Pegasus. Crux major.**

Pegasus est Asterismus equialati, non integri, sed Caput & pedes anteriores, cum alis, armo pectore & parte ventris usque ad umbilicum habentis, & quasi præfectum.

Determinatur Stellis 20. quarum 4. sunt secundæ magnitudinis & ILLUSTRIORES, FORMAM PROPE-MODUM QUADRATI EXHIBENTES, Ea videlicet quæ est <sup>1</sup> in ARMO alæ, & ea quæ est <sup>2</sup> in dextri CRURIS educatione, <sup>3</sup> Et ea quæ in extrema ALA, <sup>4</sup> & ea quæ in UMBILICO, Alpharacz Arab: Andromedæ caput perstringit: Reliquæ sunt tertiæ, quartæ & quintæ magnitudinis.

Facile invenietur, Si *suprà Andromedam versus occasum*, tale Quadratum, quale diximus quæsieris. Illud enim cum intermediis minoribus & vicinis quibusdam occidentalioribus, quæ caput, collum & pedes Pegasi repræsentant, Pegasus facit.

**XVI. Delphin. Crux minor.**

Delphin vel Delphinus 10. stellis notatur, non valde insignibus, quarum 5. sunt magnitudinis tertiæ, reliquæ quartæ & quintæ.

Ostendit hanc lineam rectam ductam à polari per *caudam Cygni*, pertingens AD CONGERIEM 10. STELLARUM PARVARUM non procul à Galaxia, inter Galaxiam occidentaliorē & Pegasus Orientaliorē.

**XVII. Telum sive Sagitta.**

Telum sive Sagitta quam & Dæmonem meridianum vocant, 5. stellas exiguas habet, unam quartæ, unam sextæ, reliquas quintæ magnitudinis.

Facile

Pegasus & Equuleus. Asina & Pullus Christi Math. 21. Bayer. 79.

Marcab' Al-  
pharacz. ar-  
mus & ala  
Pegasi.

Eni Alpharacz  
femur Pegasi  
3. magn.  
Scear' Alpha-  
racz Crus Pe-  
gasi. 2. magn.

Cruces duorum  
Latronum qui  
cum Christo  
crucifixi fue-  
runt.

Cygnus deno-  
tat Crucem  
Christi.

Bayer. fol. 71.

Telum Jona-  
thæ. 1. Sam. 20.

Sive Sagitta, sa-  
lutis Domini.

2. Reg. 13. v. 17.  
Bayer. fol 63.



Facile invenietur *sub Cygno* quæsitus hic Asterismus. Ibi enim secundum latum Galaxiæ situm habet, eumque ab orientali parte versus occidentalem occupat, & quasi interfecat hoc signo: Ita ut cuspis Orientem spectet, altera pars opposita cuspidi Occidentem: tametsi aliqui picturam invertant.

### XVIII. Aquila. Vultur volans.

Aquilæ Asterismus 9. stellis inclusus, totus in Galaxia continetur, statim *sub Sagitta*, exceptis duabus una Caudæ, quæ Galaxiæ tractum excedit versus occalum, & una Capitis versus Ortum. *Ura hujus* Asterismi est præ cæteris *insignior secunde* magnitudinis *in Collo*. Aquilæ, Alkair Arabicè dicta, reliquæ tertiæ, quartæ & quintæ magnitudinis.

Aquila Romani Imperii.  
Signum Joh. Evangelistæ.  
Bayer. 67.

Bayer. 55.

### XIX. Ophiuchus seu Serpentarius.

Rasch alanguæ Capur Serpentarii. 3. magnitud.

Ophiuchi seu Serpentarii qui & *Aesculapius* dicitur Asterismus 24. stellas continet, plerasque obscuriores, quarum 5. sunt tertiæ magnitudinis, reliquæ quartæ & quintæ.

Paulus cum vira manu implicata. Act. 28. v. 5. Christus contritor capitis Serpentis. Gen. 3.

Invenitur *sub Hercule*, cujus capiti caput obvertit: Brachium dextrum & pedem dextrum in Galaxia habet: Sinistro pede Scorpionem calcit: *Sinistra manus*, quæ in linea, à lucida Coronæ ad Cor Scorpii ducta, media ferè est, versus Libræ lances est extensa: unde agnitio ejus difficilis non erit, præsertim si Globus astrifer applicetur.

In hoc Asterismo in pede dextro Anno 1604. mense Octobri lucida stella nova apparebat, quæ tamè post paucas Septimanas ascendendo è visu nostro se subduxit. (Kepplerus scribit eandem usq; ad Feb. Anno 1606. Durasse. Bartsch.

XX. Ser-

*XX. Serpens Ophiuchus.*

Serpens quem manibus tenet Aesculapius 18. stellis notatur, non admodum Lucidis, quarum 5. sunt magnitudinis tertiæ, reliquæ quartæ & quintæ, & Aesculapium medium cingit.

Ejus Os ET CAPUT *Lucide Corona* vicinum est; & si linea recta per polarem & Coronam ducitur, ea sub Corona statim illud offendet, & paulò post sub Capite, 3. magnitudinis tertiæ stellæ in Collo, cum 2. quartæ: Inde Corpus manum sinistram Aesculapii cingit, & post ambitum medium ventrem & fœmora Aesculapii deorsum tendit, & rursus ascendens per manum dexteram, caudam extremam versus Aquilam usque in confinium Galaxiæ protensam habet.

Vipera Pauli.  
Act. 28.  
Bayer. 59, 22. 31.

*XXI. Equuleus seu Protome Caballi.*

Equuleus sive Equiculus seu *πρωτομή* Caballi, est valdè obscurum sidus, tantum Capitis equini Imaginem referens, 4. stellis obscuris seu *ἀναβεγῆς* constans, ita dispositis, ut **QUADRANGULUM** ferè repræsentent hoc modo: \* \*

\* \*  
Interiacet autem inter Delphinum & caput Pegasi, & supra se habet caput Aquarii.

Pullus asinæ  
Christi.  
Bayer. 75.

**DE COMA BERENICES  
ET ANTINOO:**

**A**Tque hi sunt illi Asterismi XXI. Septentrionales, versibus supra p. 24. recensitis comprehensi: Extra quos sunt quædam stellæ quæ dicuntur

E

*αιμόε-*

Bayer. 10, 23.



ἀμορφῶται / Informes, seu Asterismorum imagines, vel formas, non ingredientes, sed extra eas quasi solitariè relictæ.

Ex illis tamen aliàs ἀμορφῶταις quibusdam duo adhuc, præter priores XXI. effecti sunt Asterismi, Coma videlicet Berenices, & Antinous seu Virunculus.

Bayer. 10, 23.

COMA BERENICES πλοκάμῃ οὐσροφῇ & τρίχῃς à singulari Τρίξ (quod ignorantes aliqui & Latinum nomen esse rati, Tricas malè appellarunt) nomen est parvi Asterismi, qui 3. constat stellulis, duobus ἀυαροῖς seu obscuris, & unâ Luminosiore, ferè in figura Trianguli.

Invenietur, si linea recta ab extrema in Cauda Ursæ majoris, ad Caudam Leonis protendatur. Ea enim ferè in media parte, circa comam mediam transit.

Bayer. 67.  
Ganymedes.  
Lauremb. I.  
p. 201. II. 123.

ANTINOUS verò seu Virunculus Cistæ insidens 6. stellas habet sub Aquila, quarum 2. magnitudinis tertiæ instar bascos positæ, in apice Triangulari, habent stellam quartæ magnitudinis, Intra Galaxiam sub Ala dextra Corvi: Et rursus paulò versus Ortum aliæ duæ tertiæ magnitudinis, similiter instar Βασκῶς, in apice Triangulari habent stellam quintæ magnitudinis, extra Galaxiam sub capite Aquilæ.

## ASTERISMI ZODIACI.

Aries 'Abrahami pro Isaco mactatus.  
Gen. 22. 13.  
Agnus paschalis. Exod. 12.

I. Aries.

ARIE-



*ARIETIS* Asterismus 13. Stellis includitur, duas habet magnitudinis tertiæ, reliquas quartæ, quintæ & sextæ.

Bayer. 91.

Si Linea recta per 2. Septentrionaliores in Quadrato Pegasi, versus ortum extendatur, Cornua Arietis monstrabit, quæ versus Occasum conversa sunt, Reliquo corpore in Ortum procumbente.

Supra se versus Septentrionem, *Triangulum* sive Deltoton habet, per quod à Polari ducta linea recta, similiter in Cornua Arietis incidet.

In hoc Asterismo in dextro Cornu Arietis, est *Stella tertiæ magnitudinis*, quæ omnium prima ponitur, Et à qua reliquarum omnium Longitudines numerantur, & Processiones Aequinoctiorum, de quibus in doctrina primi & secundi motuum agemus, computantur; Quam ob causam etiam probè notari debet.

II. *Taurus.*

*TAURI* constellatio 32, stellis continetur, annumeratis hyadibus & Pleiadibus: Quarum una est magnitudinis primæ, 6. tertiæ, reliquæ quartæ, quintæ & sextæ.

Signum Evang.  
Lucæ.  
Vifulus aureus  
Israeliticus.  
Exod. 32. v. 4.  
Bayer. 95.

Asterismus hic non est Tauri integri, sed circa & adhuc ante partes medias præsecti, cuius Cornua ortum spectant; pars posterior, præsecta occasum & Arietem. Hinc Ovid. lib. 4. Fastorum.

*Vacca sit an Taurus, non est cognoscere promptum:*

*Pars prior apparet, posteriora latent.*

Interiacet inter Arietem, Perseum, Erichthonium sive Aurigam & Orionem: In CAPITE TAURI versus

Ez

Or-



Oculus Domini  
omnia videns. Pf. 94. 9  
Syr. 23. v. 28

Ortum, sunt quinque Stellæ in figura Triangulari dispositæ, quæ *Hyades* appellantur, quarum *Una est prima magnitudinis* & rubicunda, quæ *λαυπαδια*, Palilicium & Oculus Tauri Arab. Aldebran. appellatur, & Hyadum est clarissima.

Paulò post versus occasum in *dorso Tauri* est congeries aliquot stellarum parvarum & vicinarum, Pleiades, Atlantides, Vergiliæ, Sucleæ: quarum aliqui qui visu valent, VII. numerant: Unde & *επταστηριον*, *Septistellium*, vulgò *das Siebengestirn* appellant, plerique alii vix VI. Unde Ovidius lib. 4. Fastor.

*Quæ septem dici, Sex tamen esse solent.*

Tametsi non est dissimulandum, ut alibi, ita etiam hîc longè plures in ea congerie inveniri stellas, ab iis qui perspicillis novis utuntur. Facile autem in Cœlo agnoscuntur Hyades & Pleyades, etiam Rusticis notæ, præsertim Pleyades quas vulgò *die Gluckhenne* vocant.

### III. Gemini.

Esau & Jacobus.

Bayer. 99, 94.

Signum geminorum, qui aliquibus *Castor & Pollux*, aliquibus *Apollo & Hercules* dicuntur, refert imaginem duorum puerorum, amicè se amplexantium, & 18. stellis includitur, quarum *due sunt magnitudinis secunda*, quæ in amborum Capitibus sunt: Quatuor circa lumbos, & una in pede dextro posterioris Geminorum tertiæ: reliquæ quartæ & quintæ.

*Prior* Geminorum & occidentalior *Castor vel Apollo* Arab: Anhelar. dicitur: *Posterior* & Orientalior *Pollux vel Hercules*, in cujus capite *stella subflava* est, Rasch Delgente Arab. quam secundæ magnitudinis esse modò diximus.

In

In pede protensio prioris est Stella quartæ magnitudinis, quæ *πεόπας* q. d. *der Vorfuß* appellatur.

Capita Geminorum depræhendendas faciliè, si per utrumq; humerum *Erichthonii* seu Aurigæ, lineam rectam duxeris: Ea enim *versus Orientales* partes incidet in capita Geminorum per se satis notabilia, quibus cognitis reliqua Constellatio faciliè innotescet.

Bartsc. tab. B.  
§. 16.

IV. Cancer.

Bayr. 103.

Cancrisignum valdè obscurum est, constatque stellis 9. quarum VII. sunt quartæ magnitudinis, una quintæ, & una nebulosa.

Situm est post Geminos ante Leonem, aliquantum *infra pedes anteriores Ursæ majoris*. Nebulosa illa in pectore Cancrisignis est, & *Φάρων* sive *Præsepe* dicitur, ex cuius utraque parte, paulò *versus Orientem*, sunt 2. stellæ quartæ magnitudinis, quæ *Aselli* dicuntur, *Præsepi* adstantes, ex quibus *Australis præsepi* vicinior est quàm *Borealis*.

Præsepe infantis Christi.

Aselli Abrahami. Gen. 22. 13.

V. Leo.

Leo Simsonis  
Judic. 14, 5.

Leonis Asterismus stellis 27. continetur, omnium magnitudinum, quarum 2. sunt Primæ, 2. Secundæ, 6. Tertiæ, reliquæ quartæ, quintæ & sextæ.

Leo de tribu  
Juda. Apoc. 5.  
v, 5.

Faciliè notabilis est *sub pedibus Ursæ majoris*. Nobilis in hac constellatione est *illa* propè *Ecclipticam*, quæ *Βασιλειον* & *Regulus* & *Cor Leonis* dicitur, primâ magnitudine faciliè notabilis, in parte Asterismi Occidentali: Sicut & *altera Primæ magnitudinis*, quæ

Evangelistæ  
Marci Signum.  
Bayer. 107.

E<sub>3</sub>

est



est in extremitate Caudæ Denebalezeth Arab: versus ortum. Nobilis etiam est illa secundæ magnitudinis in Collo seu juba; & illa altera etiam secundæ magnitudinis in Lumbis.

Virgo Maria  
Dei para.  
Bayer. III.

### VI. Virgo.

Virginis Signum omnium Longissimum est, quippe quòd Capite & humeris in δωδεκατεμοριω Virginis Noni Orbis continetur: reliquo corpore totum Libræ Dodeca-temorion explet, Et adhuc præterea fimbriâ vestis, pedibusque, initia Scorpionis ingreditur.

Azimech A  
rab:

Stellas 26. habet; *Unam primæ* magnitudinis propè Ecclipticam, sub sinistra manu, quæ Spicam tenere dicitur, Unde & stella illa illustris *Spica Virginis, der Spica Stern* appellatur: Sex tertiæ magnitudinis, ex quibus ea, quæ in *ala dextera* maximè Septentrionalis est, τεοτεμυατης seu *Vindemitor & Vindemiator* nuncupatur, quod *Ortus ejus Vindemie tempus in Gracia* attulerit: Reliquæ sunt quartæ quintæ & sextæ.

Ab *Occasu* habet Leonem; à *Septentrione* Bootem; versus *Austrum* terminatur insigni illâ stella, quæ *Spica Virginis* dicitur: & versus *Ortum* Libram attingit, de qua jam dicetur.

### VII. Libra.

Libra Salomo  
nis qua aurum  
& argentum  
suum pondera-  
vit. 1. Reg. 9.  
v. 23, & 10. v. 14  
Bayer. II5.

Libræ Asterismus 8. Stellis depingitur, quarum *una magnitudinis secundæ*, ad lancem australem pertinet; altera etiam secundæ magnitudinis, ad Borealem; Reliquæ quartæ & quintæ sunt.

Continetur inter pedes Virginis & Scorpionem sub-

subsequentem de quo jam dicetur, Et Supra se versus Septentrionem partes anteriores Anguis Ophiuchi habet.

*VIII. Scorpium? Nepa.*

Scorpii Asterismus 21. stellis continetur, quarum *Una magnitudinis secunda*, præ cæteris Lucidior *Ανταρης*, Antares nominatur, quasi Mars vicarius, quod in Significationibus & effectibus, Marti maligno propè adæquetur: Item *Cor Scorpii*, quoniam in mediis propè corporis figuram incidit: Arabicè Alatrab. *Tertia magnitudinis 13.* sunt; Tres versus Occasum, & Asterismum Libræ, in parte ejus anteriore, cum una quæ ad Chelam pertinet hoc typo: \* : Duæ Cor

Scorpii cingentes, una ab Occasu, altera ab Ortu: Et 7. in nodis Caudæ, quæ tamē non omnes nobis ascendant. Reliquæ quartæ & quintæ sunt.

Invenitur sub pedibus Ophiuchi sive Æsculapii, inter Libram & Sagittarium, de quo jam dicemus.

*IX. Sagittarius.*

Sagittarius sive Chiron 31. stellis constat, quarum 2. sunt *secundæ magnitudinis*, ambæ in cruce equino anteriore sinistro: Novem, Tertiarum: Reliquæ quartæ, quinta & sextæ, cum una nebulosa in Oculo.

Sagitta & partes arcus, cum pede anteriore dextro pertingit in Galaxiam, & pars humana Occasum spectat, Equina Ortum.

Hippo-

Scorpius Reha-  
beami. 1. Reg.  
12. v. 11.  
Bayer. 119.

Ismael. Gen.  
21. v. 20.  
Nimrod. Gen.  
10. v. 9.  
Bayer. 123.

Hippo-Centauri enim imago ei tribuitur. Etsi verò hic Asterismus nostris climatibus totus non apparet cum partes australiores Horizontem non ascendant: *Invenitur tamen quoad partes superiores, & in locis meridionalibus, etiam quoad inferiores, Si ab Aquila per Artinoum in Austrum descenderis, versus viam lacteam, & versus Austrum. 2. secunda* magnitudinis sibi invicem directè suppositas, (quæ tamen nostris climatibus non ascendunt) quæsieris: Illæ enim ad *pedem* sinistrum anteriorem pertinent.

### X. Capricornus.

Hircus emissarius pro peccatis populi.

Lev. 16. v. 21.  
*Denebalgedi*

*cauda capric.*

Bayer. 127.

Capricorni Asterismus non admodum illustris est; Constat a. 28. stellis, quarum 3. sunt magnitudinis tertiæ, Reliquæ quartæ, quintæ & sextæ.

Invenitur supra posteriora Chironis (Sagittarii) nonnihil versus Orrum, sub Delphino, qui intervallo aliquam magno in Boream dissitus est.

### XI. Aquarius.

Johan. Bapt. ad Jordanem Baptizans.

1. Joh. 3.  
Bayer. 131.  
aquaë Jordanis  
Joh. 1: 28.

Aquarii Asterismus inter omnia Zodiaci signa plurimas stellas habet, numero 42. quarum *Una Primæ magnitudinis est*, quæ scil. in *effusione aquæ* extrema habetur; Et ad Os piscis Notii, de quo postea, pertingit, sed nostrum Horizontem vix stringit: *Tertiæ 9.* quarum duæ sunt in *fascia*, quam Aquarius manu sinistra tenet; una in *humero* sinistro, una in dextro, una in *cutu* dextro, tres in *manu* dextra, & una in *crure* dextro: Sceat Arab. crus dextrum Aquarii. Reliquæ in corpore, & in effusione aquæ, sunt quartæ, quintæ & sextæ.

*Caput*

*Caput Aquario* sub Protome equulei est: *Manus* dextra, sub juba Pegasi, Sinistra supra Capricornum extensa: *Pedes* cum aqua effusa in meridiem tendunt.

## XII. Pisces?

Piscium Asterismus bicorporeus est; Repræsentat enim duorum Piscium corpora, Unius Australis, alterius Borealis, & internexum est laxum quoddam vinculum, quò ambo corpora caudis quasi colligata sunt, quod vulgo Linum piscium appellatur.

Totum a. hujus Asterismi complexum 34. stellis constat, quarum 2. sunt magnitudinis tertiæ, ambæ in Lino piscium, Vna Borealis propè cornua Arietis, sub finem Lini, versus caudam Piscis borealis seu posterioris: Altera Australis in nodo Lini ad ingens dorsum Cetûs. Reliquæ omnes quartæ, quintæ & sextæ.

*Piscis Australis* supra Quadratum Pegasi, versus Ecclipticam situs est: *Borealis*, sub axilla & cubito sinistro Andromedæ.

Quod si ab extrema in ala Pegasi, versus Ortum, rectam duxeris ad Cornu dextrum Arietis: Et inde aliam ad lucidam in nodo Lini: Et huic parallelam duxeris, ab eadem extrema alæ Pegasi, versus Austrum, una tertiâ brevior, & terminos connexeris, efficiet TRAPEZIUM cui linum Piscium inclusum est.

F

ASTE-

Duo pisciculi  
quibus Christus  
5000. homines miracu-  
losè cibavit.  
Joh. 6. v. 9.  
Bayer. 135.

# ASTERISMI AUSTRALES SIVE MERIDIONALES.

## I. Orion.

Bayer, 143, 94.

Ismael Venator  
Gen. 21. v. 20.

Simfon venans  
vulpes. Judic  
15. v. 4. 5.

Bedalgenze  
Hum. dext.  
Orionis.

Rigel, pes si  
nist. Orionis.

Algeuze.

Jacobs bundte  
Stabe Gen.  
30. v. 37.

**O**Rionis Asterismus admodum insignis est, unde etiam *καὶ ἐξοχὴν & ἐπεξυψηλῶς* per stellas Austrini notari existimatur. *Job. 9. v. 9.*

Refert speciem Viri armati & Venatoris, quem Canes duo comitantur, & lepus ei vicinus est.

*Stellis constat 38. quarum 2. sunt magnitudinis Primæ, ea videlicet quæ est in HUMERO DEXTRO, non nihil rubescens, & ea quæ est in calce sinistri pedis, versus femur reflexi, quæque cum Eridani initii communis est: Quatuor secunda: verum quæ est in HUMERO SINISTRO, & alio nomine Bellatrix dicitur, & Tres in Baltheo: Octo, Tertia: videlicet 4. in CLYPEO, quem in manu sinistra gerit, pro quo aliqui fasciam promissam ei tribuunt, cum stellæ illæ, præter alias quinque, quartæ magnitudinis, deorsum sibi invicem succedant: Una in manubrio ensis; Duæ in ensis sub Capulo; & una in Genu dextro, cui posteriores partes ensis incumbunt: Reliquæ sunt quartæ, quintæ & sextæ magnitudinis; & præter has est una in capite resupinato.*

Notabilis per se hic Asterismus est, sed *inventio- nem tamen ejus adjuvare potest Linea recta à Polari per medios humeros Aurigæ, ducta versus Austrum, usq; dum in sidus illustre, & præcipue in 3. stellas claras secundæ magnitudinis incidat, sic dispositas:* \*

Ab



Ab Ortū dextrā habet Galaxiam, *Manus* dextra cum clava versus Geminorum pedes: *Sinistra* ad occasum versus Hyades, protenditur.

*II. Procyon seu Canis minor.*

Procyon,  $\pi\epsilon\sigma\kappa\upsilon\acute{\nu}\omega\nu$ , seu Canis minor, quem Cicero ex Græco Antecanem nominat, est breve sidus tantum duabus stellis constans, *una prima* in medio corpore, Arab. Algomeysa, altera in collo, quartæ magnitudinis.

Facile invenietur, si per humeros Orionis recta versus Ortum aliquo-usque protendatur. Ea enim paululum supra lucidam in Procyone incidet.

*III. Lepus?*

Lepus 12. stellis effigiatur, quarum 2. sunt magnitudinis tertiæ, quæ videlicet est in medio corpore, & quæ est in eductione cruris anterioris: Quatuor quintæ quarum binæ singulis auribus conveniunt: Omnes verò collectæ *Trapezium* constituunt: Reliquæ sex sunt quartæ, Una in capite, Una in ungue anterioris pedis, 2. in lumbis, & 2. in pede posteriore.

Invenitur statim *sub Genibus* Orionis versus meridiem.

*IV. Sirius seu Canis major.*

Sirius,  $\sigma\tau\epsilon\lambda\lambda\eta$  à  $\sigma\tau\epsilon\rho\acute{\alpha}\omega$  dictus. / exsicco, quasi *exsiccatrix Stella*, propter æstum, quem ☉ plerumque facit ipsi junctus; Malè proinde ab aliquibus scribitur per  $\gamma$ .

Catellus mulieris Cananeæ Matth. 15. Bayer. 159.

Una ex 300. vulpibus Simonis. Judic. 15. v. 4. Bayer. 151.

Canis Tobie. Tob. 6. v. 1. Bayer. 155.

Arab. Alha-  
bor.

*Ac licet* Canicula vulgò dicatur, non tamen Canis minor sed major hac voce notatur. Stellis constat 18. *Unâ magnitudinis primæ in Ore*, quæ in tota cœlo maxima & lucidissima apparet: Quinque tertiæ, Una in pede anteriore, una in Unguibus pedis dextri, posterioris, & Tribus in ilibus & lumbis atque cauda reflexa.

*Sidus hoc facile agnosci potest*, cum Stellam habeat, ut dictum est, omnium fixarum in cœlo clarissimam & illustrissimam, *sub Genibus Orionis* versus ortum sitam.

Quòd si ab humero Orionis sinistro, per Australissimam, & versus Ortum extremam balthei Orionis stellam, duxeris rectam ad partes Australes, in eandem incidet. Illa a. in ore Caniculæ omnium clarissima vulgò *der Hundes Stern* appellatur.

An stella Canicularis de die videri possit.

Sunt qui sibi & aliis persuadeant, tempore æstivo (quia videlicet alio anni tempore id ipsum non explorant) stellæ illius Canicularis idolum videri posse in speculo aquis impositò, juxta idolum Solis. Et verum sanè est, inveniri ita scintillulam quandam parvam juxta Solem: Verum si isti observatores etiam alio tempore Anni, hujus rei periculum facerent, etiam *quando Syrius à Sole est remotissimus*, imo, Sole supra Horizontem posito, sub terra latet: utique quovis mense & die idem phasma inventuri essent. Ponatur enim speculum in aquam, & exponatur Soli, quocunque Anni tempore, eadem scintillula semper apparebit. Exponatur ad Lunam quocunque loco cœli positam, & eadem se ostendet: Item, Exponatur ad lychnum  
in

in Musæo, vel simili conclavi, eadem videbitur. Adde quòd scintillula illa locum non retineat sed prout speculum & aqua moventur, ita ad corpus lucidum sive Sol sit, sive Luna, sive Lychnus, hoc est ad ejus idolum, propius accedit, vel longius ab eo recedit. Quod autem talis scintillula apparet, Causa est, quia gemina ἀνάκλασις fit, Una, ex speculo, quæ manet immota; Altera, ex aqua, quæ pro motu aquæ etiam movetur. Ita ergo opinio ista superflua plebeorum cadit.

### V. Argo Navis.

Navis Argus Asterismus 45. stellis continetur: Sed hic Asterismus in hisce Climatibus nobis totus supra Horizontem non ascendit, ideoque totus conspicuus non est, Vix aliquas parvas stellas de prora videmus, Ideoque de hoc Asterismo non admodum solliciti erimus.

Habet autem *Vnam magnitudinis primæ, quæ CANOPVS dicitur*, in Remo anteriore & australiore, quam nec Germania, nec Italia, multò minus Borealiores tractus vident. Ubi a: Elevatio Poli minor est 35. Gradibus, ut in quibusdam partibus Aegypti, ibi & Canopus, & reliquæ partes Navis Argus videri possunt.

Sex sunt secundæ; Reliquæ sunt tertiæ, quartæ, quintæ & sextæ magnitudinis. De hac Constellatione nobis, *apparens Prora*, statim à Sirio versus ortum notari potest: Reliqua latent.

Arca Noë cui  
Corvus & columba non  
procul absunt.  
§. 15. 19. sicut  
& Gallus 17.  
Bayer. 163.

Bayer. 167.

*V. Centaurus. Chiron.*

Centaurus quem alii *Chironem* appellant (quod nomen verius *Sagittario* in Zodiaco tribuitur) 38. stellis constat, *Vna magnitudinis primæ*, in pede dextro anteriore Centauri; *Quinque secundæ*, Reliquis *tertiæ*, *quartæ* & *quintæ*.

Si à Vindemiatore in ala dextra Virginis lineam rectam duxeris, per Spicam Virginis, partes superiores Centauri pertinges. Reliquæ partes nobis in hisce tractibus non ascendunt.

Serpens. Paradyli. Gen 3  
Bayer. 179.

Arab: *Alphard. extat propè Equatorem.*

*VII. Hydrus?*

Hydri constellatio, in longum ab Occasu, versus Ortum extensa est, & tota nobis ascendit, continetque stellas 25. *Vnicam magnitudinis secundæ* in corporis processu aliquantum sub Collo: Reliquas *quartæ*, *quintæ* & *sextæ*.

*Invenitur sub Leone & Virgine* ductu quodam sinuoso notabilis, præsertim si noti sunt *Crater & Corvus*, de quibus jam dicetur.

Calix Christi  
Matth 26.  
Et Christianorū  
Matth. 20, 22  
Bayer. 171.

*VIII. Crater.*

Crater sive Urna 7. stellis pingitur, omnibus magnitudinis *quartæ*.

*Invenietur* per lineam rectam, ductam à polari per medium 4. Rotarum *plaustrum majoris* versus Austrum, usque dum pertingat ad stellas septem, æqualis magnitudinis, ita dispositas:

*Albes.*

IX. Cor-

*IX. Corvus?*

Corvus 7. stellis constat, quarum 5. sunt magnitudinis tertiæ, Una quartæ, & Una quintæ:

Statim succedit versus ortum Crateri, & similiter Hydri caudæ insistit. *Juvenitur* si à Lucida Lyræ, per spicam Virginis ducatur recta in Austrum, usque ad partes à Cratere Orientales.

Corvus Nohæ.  
Gen. 8. 7. vel  
Eliæ. 1. Reg.  
17, 8.

*Algorab ala*  
*Corvi tertiæ*  
*magnit.*  
Bayer. 175.

*X. Fera seu Lupus?*

Feræ seu Lupi, quem Centaurus configit, Asterismus 19. stellis continetur, quarum 2. sunt tertiæ, reliquæ quartæ & quintæ magnitudinis. Sed parum imò vix caput de hoc sydere nobis oritur.

Invenitur propè partes anteriores Centauri versus ortum, sub lancibus Libræ, & Asterismo Scorpionis.

Lupus animarum à Christo transfossus.  
Joh. 10. v. 12.  
Bayer. 185.

*XI. Piscis Notius.*

Piscis notius sive Austrinus 12. stellas habet, quarum *Vna magnitudinis primæ* in Ore est, & aquam quam Aquarius effundit excipit: Arabicè *Fomahand*. Sed non altè nobis supra Horizontem ascendit, propter remotionem Australem: Reliquæ sunt quartæ & quintæ magnitudinis, invenitur sub Capricorno & Aquario.

Piscis à Petro Captus cum statera in ore.  
Matth. 17 v. ult.  
Bayer 195.

*XII. Ce-*

XII. *Cetus?* Lauremb. III, 141.

Cetus Jonam  
devorans.

Jon. 2.

Bayer. 139.

Menkar in ore ce-  
tis Australior. 3.  
magnitud.

Batacctos stella  
in ventre Cetus  
3. magnitud.

Denebcactos Au-  
stralior in cauda  
Cetus.

Bayer. 191.

Cetos five *Pistrix*, ut aliqui appellant, & Autor versiculo-  
rum supra nominatorum habet, cum verius appelletur *Pristix* à  
πριστην. secundo fluctus natatione, siquidem ejusmodi Balenæ  
plerumque ita natant, ut dorsi parte emineant ex aquis, & ita eas  
quasi secent. Sydus est sub *Ariete* cum Lino piscium versus  
Aultrum situm, stellis 22. comprehensum, quarum 10 sunt ma-  
gnitudinis tertiæ, reliquæ quartæ & quintæ. Facile invenitur Si  
sub *Ariete* & *Piscibus* versus meridiem quærat.

XIII. *Corona Australis.*

Corona minor five Australis quæ & *Rota Chironis* dicitur,  
Constat stellis 13. Magnitudinis quartæ, quintæ & sextæ.

Continetur inter pedes anteriores *Chironis* five *Sagittarii*  
Zodiaci, sed nobis vix perstringit Horizontem, ideoque parum  
de ea solliciti erimus.

XIV. *Ara seu Thuribulum.*

Ara seu *Thuribulum* stellis 7. constat, Magnitudinis quar-  
tæ & quintæ.

Continetur sub *Cauda Scorpionis* & *Corona Australi*, & ab  
occasu habet lupum: Totum hoc sidus nobis non ascendit.

XV. *Eridanus fluvius.*

Fluvius, qui in specie *Eridanus* five *Padus* dicitur, inter *O-*  
*tionem* (juxta cujus pedem sinistrum initia accipit,) & inter *Ce-*  
*tum* intercipitur, gyroque suo versus austrum tendit, in cujus fi-  
ne, stella primæ magnitudinis est, vobis non exoriens, sed in stri-  
cturam Horizontis, singulis diebus naturalibus semel perveni-  
ens, quæ Arabicè *Acarar* dicitur.

Præter eam lucidam habet stellas adhuc alias 33. tertiæ, quar-  
tæ & quintæ magnitudinis quæ ductu suo fluviatili facile no-  
tari possunt.

*F*elices animæ, quibus hæc cognoscere prima  
Inque domos superas scandere, cum fuit.

Credibile est illos, vitis que jocis que relictis,  
Altius humanis exeruisse Caput.

Pronaque cum spectent animalia cetera terram,  
Os homini sublime dedit Cælumque tueri.

F I N I S.

Blebely Sphæ-  
ra in Præfa-  
tione.

117

*[Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

*[Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

P. 117











*Pa 2031*

ULB Halle 3  
003 867 579




*Sb.*

*NOVA*

*10*







Farbkarte #13

B.I.G.

**BARTSCHII,**  
 Philiatrī,  
**PLÆRIUM**  
**TUM,**  
**COELESTIS,**  
**MORIALIBUS**  
 gnorum cœlestium in  
 Cœli.)  
*ta est*  
**STELLIS FIXIS,**  
 x aspectu cœli,  
**ORIGANI,**  
 a olim Mathematicum  
 eberrimi.  
*Patruelis sui*  
*didit*  
**BARTSCH.**

---

**INI,**  
**HORUS RUNGIIUS,**  
**LXXIV,**

